



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

VIII. De Extremo Iudicio, & immortalitate, & piorum præmijs & impiorum supplicijs æternis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

candida & considerat uoluntates hominum, et probabili ratione confidit & diffidit.

Surrexit Cain contra Abel fratrem suum, & interfecit eum.)

Diligenter considerentur gradus sceleris Cainici.

Primus fons est Superbia, arrogans sibi gloriam iusticie coram Deo, propter ius primogeniturae.

Hanc sequitur Æmulatio seu Inuidia, propterea quod fratrem uidet sibi præferri.

Tertius est Simulatio beneuolentia & hypocrisis, qua tegit suum liuorem, quo incautum fratrem facilius opprimat.

Quartus gradus est Cædes.

Quintus Negatio & excusatio peccati.

Sextus & ultimus gradus est, Desperatio.

Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.)

VIII. Locus.

DE IMMORTALITATE & futuro Iudicio.

Firmissima testimonia immortalitatis & futuri iudicij sunt neces Abelis, Esaiæ, Baptista, Pauli & similium Sanctorum, quos antea Deus sibi curæ esse

N 4 & pla

et placere illustribus indicijs ostendit. Immo et
iusticie et ueritatis diuine norma est, ut iusti
nentur premijs, et scelerati horrendis suppli-
plectantur, sicut ad Cain dicitur, Si bonus fueris
cipies, Sin malus, peccatum quiescet donec reu-
bitur. Cum autem Abel, Esaias, Baptista et sancti
Sancti in hac uita sint afflictissimi, et crudeliter
impijs trucidantur, necesse est aliam uitam reser-
in qua ueris et ingentibus premijs ornentur.

Certo igitur uenturum est iudicium, in quo sua
iusticiam Deus declarabit, et utrisq; iustis et ini-
stis in iudicium adductis, ostendet, Cain et reli-
impijs in horribiles et aternos cruciatus abiecti
Abelum et pios, qui aliquantisper in hac uita fru-
runt oppressi, in perpetua letitia fruentes Dei
suetudine, uicturos esse. Sic inquit Epistola ad He-
11. Per fidem Abel mortuus adhuc uiuit.

Et Christus Matth. 22.

Deus est Deus uiuorum,

Deus curat Abel mortuum,

Ergo Abel mortuus adhuc uiuit. Et Psal. 116.
Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

Etsi autem doctrina de extremo iudicio et
eterna perspicue a filio Dei Matth. 25. et Apostolo
docetur, tamen haec quoq; prima concio ad Cain
bita illustris est. Quiescet peccatum donec
uelabitur.

Cum enim non omnium hominum scelera in be-

uita patefiant & puniantur, necesse est aliud iudici-
um sequi, in quo omnium peccata reuelentur, & Ti-
berius tyrannus, Epicurus, & similes suorum flagi-
tiorum pœnas dent. Sicut paulo post Enoch concio-
natus est, Veniet Dominus ad faciendum iudicium
de omnibus, & ad arguendum omnes impios super
impijs operibus eorum. Singuli autem nos cogita-
tione huius iudicij, quod post mortem omnes subitu-
ri sumus ad timorem Dei & fidem, Christo inter-
cessore nitentem, exuscitemus.

Plurima adhuc amplissimæ materiæ, in hac bre-
ui historia interfecti Abelis recitanda erant, de cau-
sis propter quas Ecclesia Dei maiore onere calami-
tatum prematur, quam impij, de furore tyrannorum
& Hypocritarum crudeliter seuentium in pios, De
pœnis persequentium pios, de quibus Christus in-
quit Matth. 23. Veniet super uos omnis sanguis iu-
stus effusus ab Abelo iusto, usq; ad Zachariam. Item
de homicidijs in genere, & pœnis homicidarum. De
Asopyia. De Martyrijs &c. Sed has materias, pri-
uata singulorum cogitationi relinquo.

Nunc propter iuniores breuem commonefactio-
nem de explicatione duorum puerilium argumen-
torum adijciam.

Primum argumentum.

Norma iusticiæ est iustos ornare premijs, &
iniustos punire,
Abel est iustus,

N s Ergo

Ergo Abel debet ornari premijs, & non debet interfici.

Respondeo primum ad Minorem. Abel est iustus scilicet, imputatione & incoatione, sed nondum consummatione. Ideo hic crucem sustinet, ut iram Dei manifestius conspiciat aduersus peccatum.

Deinde ad Maiorem. Norma iusticiæ est bonos ornare premijs & malos punire, scilicet suo ordine. Et ut illustrior sit iusticia Dei, premia & pœne non sunt res momentaneæ, sed durabiles & perpetuæ. Ideo præcipua premia Abelis, & præcipua pœne Cain, in æternam uitam differuntur.

Secundum argumentum.

Omnes scelerati affliguntur,

Abel affligitur,

Ergo Abel est sceleratus.

Respondeo primum ad Formam, In Secunda figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. Deinde ad Maiorem. Quatuor sunt genera afflictionum. Primum: $\lambda\mu\omega\pi\acute{\iota}\alpha$, id est, pœna peccati. Secundo: $\delta\omega\kappa\iota\sigma\iota\alpha$, id est, probationes seu exercitia fidei & inuocationis, ut carcer Ioseph. Tertio: $\mu\alpha\pi\tau\acute{\iota}\rho\iota\alpha$, id est, testimonia doctrine & immortalitatis, ut $\mu\alpha\tau\acute{\iota}\rho$ Iohannis Baptiste. Quarto: $\lambda\upsilon\tau\eta\sigma\iota\varsigma$, id est, compensatio pro peccato, ut tota passio Christi. Abelis cæcis non fuit pœna certi sceleris in ipso, sed fuit martirium, hoc est, testimonium immortalitatis.

Referatur autem ad hanc historiam illustratio

dam tota doctrinā de cruce & calamitatibus pio-
rum, quæ in locis integrè traditur, & aliqua ex par-
te cap. 3 recitata est.

Vagus & profugus eris super terram &c.)

Mos excommunicandi pollutos iniustis cædibus
haud dubiè ab hoc primorum patrum exemplo or-
tus est. Excludebant enim sceleratos à societate pio-
rum cœtuum & sacrificiorum, & addebant eis si-
gna reatus, ut agnosci & uitari possent. Id hæc hi-
storia poenarum Cain testatur, & diu postea ritus
excommunicationis in illa prima antiquitate etiam
apud Ethnicos mansit, Sicut Peleus propter interfe-
ctum fratrem Phocum ab Æaco patre excommuni-
catus est. Et forma excommunicationis apud Home-
rum Iliad: 9. ἀφρίτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέσιος, prorsus
cum hac concione (Vagus & profugus eris su-
per terram) congruit.

Observati sunt autem hi ritus, & à primis pa-
tribus et ab illa religiosa antiquitate, disciplinæ cau-
sa, ut homines de magnitudine iræ diuinæ aduersus
scelera cogitantes, maiori studio ea uitarent.

Maior est iniquitas mea, quàm ut
ueniam consequar.)

Postremus omnium peccatorum gradus est DE-
SPERATIO, quæ adimit Deo laudem misericor-
diæ & ueritatis, & horribili blasphemia Christum
infra

infra peccatum abijcit & diminuit ipsius merita.
Sicut Cain, Saul, Iudas & similes desperant, & se
ipsis mortem consciscunt. Cum autem sepe etiam
in hanc cogitationem incidant, tantam esse sui pec-
cati uim & atrocitatem, ut nullo modo remitti
tollī posse uideatur, semper in conspectu sint ampli-
sima scripturæ testimonia, quæ affirmant maiorem
esse Dei misericordiam, quam omnium peccatorum
miseriam.

Rom. 5. Gratia exuberat supra peccatum.

Esaie 1. Si fuerint peccata uestra ut coccinea,
erunt candida ut lana uel nix, hoc est, Etsi peccata
uestra erunt adeo atrocia & magna, ut nulla ratio-
ne uideantur posse deleri, Sicut color puniceus
mel à lana conceptus nullo unquam tempore deleri
potest, tamen omnes agentes poenitentiam sanguine
filij Dei sic abluuntur, ut sint niue candidiores, ne
ulla amplius labes conspiciatur, ut 1. Ioh. 1. dicitur,
Sanguis filij Dei emundat nos ab omni peccato.

Et uenustè ac grauiter in hanc sententiam Bern-
hardus inquit, Vox sanguinis Christi inualuit multo
plus, quam uox sanguinis Abel, clamans in cordibus
remissionem peccatorum. Nec dubium quin effica-
tior & potentior sit mors Christi in bonum, quam
peccata nostra in malum & c.

Ezech. 33. uiuo ego nolo mortem peccatoris, sed
ut conuertatur & uiuat. Hoc Iusiurandum Dei illu-
strat Tertulianus. Iurans inquit, Dominus, uiuo de-
cessis

ens, cupit sibi credi. O beatos, quorum causa Deus iurat. O miserrimos, si nec iuranti Domino credimus.

Ierem. 31. Peccatorum non recordabor amplius.

Psal. 102. Quantum distat ortus ab occasus, tam longe à nobis remouit peccata.

Ioh. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam.

Has dulcissimas consolationes uenenatis moribus desperationis opponamus, & semper hæc tria in conspectu teneamus. Primum: Vniuersalem promissionem gratiæ exuberantis supra peccatum. Secundo: Vniuersale mandatum quod iubet credere Filio, & amplecti promissionem. Tertio: Mandatum soluendi Ecclesiæ traditum. Etsi enim est aliquod peccatum irremissibile perseuerantium, uel in Epicureo contemptu Dei, uel in oppugnatione ueritatis agnita, uel desperatione, tamen cum huic uniuersali promissioni & mandato obtemperamus, certum est nos non habere peccatum irremissibile.

TEXTVS.

Eijcies me à facie terre.) Ex isto loco quem habetenus colui cū meis parentibus, ex consuetudine & communi societate officiorum ciuiliū.

A facie tua.) Id est, non amplius interero cætui
Ecclesiæ

Ecclesie & piorum sacrificantium ibi, non illi
mibi interesse sacrificijs, ubi tu presens es.

Et uagus & profugus super terram.) Id est
ero sine certa sede. sine auxilio Dei, sine promissione
auxilij diuini, & sine spe promissionis.

Septuplum punietur.) Id est, grauissima pe-
na afficietur & multo grauius punietur, quam
alium interfecisset.

Posuit Dominus in Cain signum.) Hoc
genum iudicant aliqui fuisse subitam consternati-
onem & tremorem coram alijs hominibus ortum
magnis terroribus conscientie.

Et congruit Basilij dictum, qui in homilia contra
Ebriosos ait. δινοφλύκτας τὴν κατάρτην ἢ κα-
ὲφ' ἑαυτὸν ἐπιπλάζει θεμῶν ἢ πρὸς φερόμενον
διὰ παντὸς βίης, id est, Ebriosus maledictus
Cain sponte sibi attrahit tremens & incerto
nutans ac uagans in omni uita.

Esaiæ 33. Tremor possedit hypocritas.

Egressusq; Cain à facie Domini
A cœtu sui patris & suarum sororum piarum
bus Deus colloqui solebat, & sese ostendere.

Orientelem plagam Eden.) Eden certè
nomen est, in quo fuit Paradisus. Ac scribitur
qui idem esse nomen urbis Edesse in ripa Euphratis
site.

Vocem Eden **Υ** Interpres capite secundo

tertio appellatiue reddidit per uocabulum uoluptatis. Sed proprium loci nomen retinendum fuit.

Lamech accepit duas uxores.)

Lex coniugij prima in Paradiso ita sancita est, ut tantum unius maris & unius foeminae coniunctio esset, sicut uerba Legis Cap. 2. sonant: Erunt duo in carnem unam, id est, duae tantum personae unus Mas & una Foemina iuncti inseparabiliter. Ad hanc primam institutionem reuocat nos Christus Matth. 19. Et Paulus 1. Cor. 7. Discessit autem ab hoc ordine Lamech, qui fuit primus autor polygamiæ, et post diluuium etiam sancti patres uitiosam eius temporis consuetudinem secuti sunt, Sed scimus non exemplis, sed legibus iudicandum esse.

Occidi uirum in uulnus meum, & Adolescentulum in liuorem meum.) Non de Cain loquitur, qui fuit Attauus Lamech, sed de alio quodam uiro à se interfecto, propter quam cædem, cum dolerent uxores, homo superbus & ásopyog non dolet de cæde facta, Occidi inquit uirum, Quid hoc ad uos, Est id in meum uulnus, non in uestrum, Ego plector non uos &c.

Septuplum ultio dabitur de Cain, De Lamech uero septuagies septies.)

Hoc dictum uenustissime citat Basilus in ἐξαίμαρον disputans de ministerio septenarij numeri ὅσων τῶ πῶσιμα τὸ ὄνομα καὶ δὲ χάρισμα, ὅπῃ ὄλι-

γῆ

γη ἡ ἁμαρτία, ὀλίγη καὶ ἡ ἄφεσις. Ἰδὲ ἐκ τῶν
 σις πρῶτα πέτρῳ ἐβδόμη ἀνάγκη τῆ ἐκδίκησιν
 καίρ. Συγχώρησις πρὸς κυρίῳ ἐβδομηκοῦτος
 ἐπὶ τὰ ὡς κατὰ κρίσις τῶν λάμεχ ἐβδομηκοῦτος
 τὰ κίς ἐπὶ τὰ

Iste cœpit prædicare nomen Domini

Id est, ministerio Enos late sparsa est uera doctrina de promisso Semine, & Ecclesia Dei amplificata est. Cumq; per Cainicam multitudinem uera doctrina & ueri cultus obscurati essent, huius ministerio doctrinae lux apud multos restituta & iterum accensa est.

NOMINA PROPRIA

Quarti capitis.

Adam) ab אַדָּמָה Adamah, de terra, Quod dicitur
 renus, χοῖκός, sicut Latine, Homo dicitur
 humo.

Eua) חַוָּה Hauah, id est, uiua, mater uiuentium
 חַוָּה

Cain) קַיִן Kain, id est, possessio, acquisitio à
 Kana.

Abel) אָבֶל habel, id est, uanitas, Ein tögenicht, Epitheto ornat mundus pius & Sanctus.

Enoch) חֲנוּךְ Hanoch, dedicatus, consecratus Deo

Irada) עִירָד Irad, onager uel acerus descensio

Mant

Mauiael) מהויאל MeHuiael, delere incipiens, à

אל laal, incepit ו מהה MaHah deleuit.

Mathusael) מהושאל Methuschael, postulans seu
iudicans mortem, à מות Muth ו שאל
Saal.

Lamech) למך opprimens, humilians, à מכך Me-
cach.

Ada) עדה Adah, id est, ornata, compta.

Sella) צלה Zilla, umbra eius. צל Umbra.

Label) רבל afferens, producens, à רבל Iabal.

Tubalcain) תבלקין Thubalkain, id est, affer pos-
sessionem.

Noema) נעמה Naamah, pulchra, decora.

Seth) שיה positio, fundamentum Ecclesiae ו pro-
missionis de Semine.

Enos) אנוש Homo, erumnosus, à radice אנש do-
luit, erumnosus fuit. οὐδὲ μ ἀνοσφόρος γαῖα
ἔεφα ἀνθρώπου.

QVINTVM CAPVT.

LOCI PRÆCIPVI

I. De Ecclesia & Schola primorū
Patrum ante Diluuium.

O II. Series